

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - V, 11 : De Oreadibus](#)

Mythologia, Venise, 1567 - V, 11 : De Oreadibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 11 : De Oreadibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 12 : Des Oreades](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 11 : Des Oreades](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 143v°-144r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Oréades](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

Mythologia

Neque plura his in mentē veniunt, quæ de Sylvano fuerint ab antiquis tradita. Hic quoque Deus, ut superiores, excogitatus fuit, ut excellimarent homines nullum locum esse, qui carere Deo posset, nihilque agi aut in agris, aut in sylvis posse, quod à Deo aliquo non videretur: ac neque armenta, neque arbores, neque agrorum fetus sine divina bonitate posse augeri aut seruari. Quamvis non defuerunt, qui Syvanum crassiorē materiam elementorum concretorum putaverint, eumque & agrorum, & sylvarum, & pastorum Deum crediderint: quippe cum inde vniuersa animalium plantarumque salus penderet. Neque nomen ipsum ab hac interpretatione valde dissentit. At nunc de Oreadibus dicatur.

De Oreadibus.

Cap. XI.

Oreades Nymphæ, quæ ita vocabantur, quia natæ essent in montibus, vel quia in montibus assidue versaretur, natas fuisse è filia Iphoronei & Hecateo testatur Strabo lib. 10. Homer. vero in lib. 7. Iliad. illas non Hecatei, sed Iouis filias, & Oresthades easdem appellauit, ut patet ex his;

*Ἰσὶ τῶν ὄρεων ἰχθυε, ἀπὸ τῶν ὄρεων ὀρεάδες
Νύμφαι ἔσσι τῶν ὄρεων ἀπὸ τῶν ὄρεων*

Plantarunt vltimos, vbi fusa est terra sepulchro
Circa id, Oresthades Nymphæ Iouis inclita proles.

Has quinque fuisse inquit Strabo lib. x. quas tamen fuisse multas, & Dianæ venatricis comites ait Virg. in 1. Aeneid.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros; quam mille secutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Hæ Nymphæ putabantur esse Dex montium præfides, & arborum curam habere, & aliquando ferarum, quas cum Diana insectabantur; nullam illis domesticorum animalium vel pastorum cura fuit. Ita vero antiqui religione tenebantur, ut nullum, neque publicum, neque priuatum locum aliquo nomine carere arbitrarentur: quippe cum elementa singula, & herbe, & radices & arbores, & arborum, aut terræ fructus suos Deos habere crediderint. Hinc Deas, quæ montibus vniuersis præfessent, Oreades siue Oresthades nominarunt: quæ nemoribus & syluis, Dryadas; quæ singulis arboribus Hamadryadas. Creditæ verò sunt Dryades fuisse Nymphæ, quæ cum arboribus & nascerentur & interirent, ut testatur Callimachus in hymno in Delum;

*ὄρεαι βίαι ἰππασιν ὄρεαι
Ἐἴς τῶν ὄρεων τῶν ὄρεων τῶν ὄρεων
Νύμφαι μὲν χαίρουσιν, ἀπὸ τῶν ὄρεων ἀπὸ τῶν ὄρεων.
Νύμφαι μὲν ἀπὸ τῶν ὄρεων, ἀπὸ τῶν ὄρεων ὄρεαι φάλαρα.*

mex mihi dicite musæ,

Num verè genitæ Nymphæ tot sunt, vbi quercus?
Lætantur Nymphæ cum quercus irrigat imber.
Tristantur Nymphæ Hicibus cecidere vbi frondes.

Quæ fuerint harum nomina, non constat, nisi quòd vnam Tithoream nominauit Pausa. in Phoc. qui etiam in Arcadiciâ aliam vocauit Erato, & aliam Phigaliam. Has tamen fuisse septem, quas etiam nominauit, tradidit Claudianus in laudibus Scilliconis. Scriptum reliquit Charon Lampfacenus Rhe-

cum

cum quendam genere Gnidium in Nino regione Assyriorum pulchram quādam quercum iam propē lapsuram aliquando vidisse, quam cum aggeribus firmasset, fecit ut diutius posset vivere. Huic Nympha, quæ cum planta erat peritura, cum gratias egisset, ac referre vellet, dixit, ut quod vellet à se peteret, quoniam fuerat eandem ætatem cum illa planta victura: hic illi respondit se eius congressum petere, quod illa annuit, atque se apem temporis nuntiam missuram inquit. Scriptum reliquit etiam Apollonius lib. secundo Argonaut. Paræbi patrem, cum insignem quercum esset excisurus, Nymphā vidisse, quæ ipsum supplex rogavit, ut sibi parceret; cum vitæ suæ tempus in arboris ætate contineretur: cui cum ille non paruisset, dicitur iratum numē in illum, & in eius filios scruisse, ut patet in his;

10

ἄλλ' ἔτι πατρὸς ἴσθι κούρη γένεσθαι ἀρτιόθεν,
 ἔρηνδαιον. ἢ γὰρ ἴσθι δὲ ἕρως διόδρου τιμῆων
 δὲ τὴν ἀμειβόμεναι νόμον ἀδύρην Λοκίων.
 ἢ μὲν ἴδουσα ἐν ἀδύρην μινδύων τε μύθη,
 μὲν πατρὸς κέρως ἀρτίου ἔλατος, ἢ νῦν ἀνδρῶν
 ἀμειβόμεναι νόμον ἀδύρην ἔλατος.
 ἀρτιόθεν ἔρηνδαιον ἀρτιόθεν νόμον,
 τὸ δ' ἀρτιόθεν νόμον ἀρτιόθεν ἔλατος
 ἀρτιόθεν ἔλατος.

30

Stultitiæq; sui pœnas dedit ille parentis,
 Cedere ut solus quercus in montibus olim
 Ferrat Hamadryadis Nymphæ spreuisse querelas.
 Sepius illa quidem supplex hunc voce rogavit,
 Ne truncum quercus concideret, ipsa coxua
 Quod foret; amborumq; viceret in arbore vita.
 Viribus hic fetus, fetus iuuenilibus annis
 Prostravit quercum: funestam quam sibi Nympha,
 Pignoribusq; suis fecit.

Dicitur autem Dryades, quod in quercubus illarum sit vita, ut sensit Mnesimachus; ac Hamadryades quod vna cum illis sint genitæ: vel ut voluit Apoll. enarrator & Isacius, quia cū ipsis quercubus perirent. Memoriz prodidit Charon Lampsacenus Arcadem Iouis filium & Callistum, vel, ut aliis magis placuit, Apollinis, obuiam habuisse in syluis, cum venaretur vnā ex Hamadryadibus Nymphis, quæ cum propius esset periculo ne quercus à flumine conuelleretur, cum qua nata fuerat, ac periret; rogavit ipsum Arcadem ut quercum seruaret, quare ille fluvium aliò diuertit, & quercum terra communiuit. At Nympha, cui nomen erat Prospelex, cum illo congressa ob acceptum beneficium, dicitur Elatum & Aphidatem peperisse. Hæc vera ne an falsa fuerint, quis pro certo affirmare possit? nam si vana & mendacia extiterunt, ut ego fuisse arbitror, nulla alia de causa ficta sunt, nisi propter antiquorum superstitionem, qui nihil ad homines excitandos ad metum Deorum non excogitarunt, cum singulis rebus Deos adesse demonstrarent. Sin credita fuerunt ut vera ab iis, qui illa in medium attulerunt, esset sanè pluribus verbis de illorum sententia disputandum, an quiuis essent dæmones, vel potius plantarum illarum Genii, qui mortalibus apparuerint. Verum hæc in præsentem prætermittamus, ut altioris vestigationis indigentia. Nunc dicamus de Nymphis.

40

De